



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Formularium Episcopale

Barbosa, Agostinho

Coloniae Agrippinae, 1680

24. Quod Regulares cujuscunque Ordinis, etiam Mendicantes, Lectores, aut in Theologia graduati non possint saecularium Confessiones audire, nisi fuerint ab Ordinariis approbati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10456

omnes, ad quos spectat, afficit, & arceat, ac si illis personaliter intimata fuissent. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus, ac quibusvis indulgis, & litteris Apostolicis &c. cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus insuper & decernimus, quod præsentem vim perpetuam, & irrefragabilis constitutionis obtineant, & quod illarum transumptis etiam impressis &c. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, statuti, ordinationis, mandati, subjectionis, innovationis, præcepti, voluntatis & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ M.D.LXX. Kaled. Decemb. Pontificatus nostri anno quinto.

Caſ. Glorietius.

Quod Regulares cujuscunque Ordinis, etiam Mendicantes, Lectores, aut in Theologia graduati, non possint sæcularium Confessiones audire, nisi fuerint ab Ordinariis approbati.

XXIV.

Part. 3. allegat. 25.

*PIUS Episcopus, servus servorum
Dei, ad perpetuam rei me-
moriæ.*

Romani Pontificis providentia circumspicte, nonnunquam gesta per eum, rationabilibus & honestis suadetibus causis moderatur, & commutat in melius, prout in Domino conspicis salubriter expedire. Nuper siquidem quasdam declarationes, & moderationes circa nonnulla Concilii Trid. decreta, Regulares personas Ordinum Mendicantium, eorumque instituta concernentia edidimus, & promulgavimus: & quia, uti accepimus, illarum vigore sacerdotes Regulares prædictorum Ordinum, quandoque minus idonei, & inhabiles Confessionibus sæcularium audiendis ab eorum Superioribus præpositi, absque aliqua Episcoporum, sed sola Magistri Ordinis Generalis, aut Provincialium ministrorum approbatione admittuntur. Nos super his pro debito pastoralis officii, prout tenemur, salubriter providere volentes, tenore præsentium, hac nostra constitutione perpetua sancimus, decernimus & declaramus, decretum Conc. Trid. de approbatione Regularium audiendis Confessionibus sæcularium præpositorum, ab Episcopis facienda, observari debere etiam in omnibus Regularibus quorumvis Ordinum, etiam mendicantium, etiam sub Regulari disciplina viventibus, etiam si sint Lectores, aut in Theologia, etiam de superiorum suorum licentia, graduati, vel promoti, vel à suis Magistris Generalibus, vel Provincialibus ministris sæcularium Confessionibus audiendis expoliti. Volumus tamen, eos qui
semel

semel ab Episcopo in civitate & diocesi suis pravo examine approbati fuerint, ab eodem Episcopo iterum non examinari. Ab Episcopo autem successore pro majori conscientiae suae quiete examinari de novo poterunt. Inhibentes quibuscunque Regularibus quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, ut praefertur, ne vigore deputationis & approbationis, ab eisdem Magistris, & ministris Provincialibus, etiam quod illarum occasione Ordinariis hucusque tolerati fuerint, absque speciali in posterum licentia, & approbatione ab Ordinariis obtinenda, saecularium Confessiones auferre praesumant: Decernentes irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac nostris litteris praedictis, & alys postea quibuscunque Regularibus concessis, & forsan extensis quas quo ad ea quae praesentibus aduersantur, & contrariantur penitus & omnino reuocamus cassamus, & irritamus &c. priuilegys quoque, indultis & litteris Apostolicis, etiam Mari magno seu Bulla aurea, aut alias muncupatis &c. illis alias in suo robore permanentibus, hac vice duntaxat specialiter & expressè derogamus, contrariis quibuscunque. Ut autem praesentes litterae &c. Verùm quia difficile foret &c. Nalli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae sanctionis, decreti, declarationis, inhibitionis, re-

uocationis, cassationis, irritationis, statuti, derogationis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c. Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicae M.D.LXXI. octavo Idus Augusti, Pontif. nostri anno sexto.

Forma expediendi litteras Apost. monitoriales de excommunicandis his, qui bona deperdita, vel subtracta restituere, aut revelare recusant.

XXV.

Part. 3. allegat. 96.

SANCTISSIMUS IN CHRISTO PATER & DN. D. Pius divina providentia Papa V. volens super expeditione mandatorum quae fiunt in forma significavit, pro rerum subtractarum, aut deperditarum restitutione, seu illarum, & illas subtractarum revelatione modum & formam statuere (manente in aliis reformatione officii Correctoris contradictarum à sanctitate sua edita) praesenti, quod perpetuo observari vult scripto, ordinat, ut mandata pro restitutione, seu revelatione huiusmodi dentur (modò super illis supplicationes in praesentia sua Sanctitatis signatae fuerint) ad eorum duntaxat instantiam, quorum civiliter interest. Quae supplicationes rem ipsam de qua agi-

Ha 3

100